



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Anni M.D.LXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

priè ad se pertinuisse dixit eiusmodi monitum, vt  
 cui Augusto ipso mense, quem tum inibant, mo-  
 riendum sine dubio esset, quod mox mirè com-  
 probauit euentus. Canisius perfunctus iis, pro-  
 pter quæ in urbem venerat, negotiis, perq; autum-  
 num profectus, atque ex itinere Florentiæ, Ferra-  
 riæque Reginis, quas olim Oeniponti instituerat,  
 salutatis, inque cultu religionis, ac virtutum suo  
 statui conuenientium confirmatis, excitatisque,  
 insequentis anni Ianuario iam inclinato in Ger-  
 maniam venit: factoque initio ab Oenipontano  
 Collegio, reliqua etiam vt ferebat ab vrbe man-  
 data leuiter recognouit. Deinde sacri ieiunij con-  
 ciones Augustæ ad Sancti Mauritij habuit Fugge-  
 rorum maximè rogatu, quorum pietati ad-  
 uersus ordinem nostrum, Augusta-  
 nasq; res denegari id officij  
 non potuit.

*Canisius rediit  
in Germaniã.*

1569.

*Concionatur  
Augustæ.*

*Finis Libri Secundi.*



DE